

## xvi IN COMMUNI CONFES. NON PONT.

plêbit illum: & ipse tamquam imbræ mittet elóquia sapiéntiæ suæ, & in oratiōne confitébitur Dómino: & ipse díriget consílium ejus & disciplinam, & in abscónditis suis consiliábitur. Ipse palàm fáciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in sæculum non delébitur. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatiōne in generatiōnem. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

IN COMMUNI  
Conf. non Pontif.  
Léctio libri Sapiéntiæ.

**B**Éatus vir, qui inventus est sine mácula: & qui post aurum non ábiit, nec spe-

Eccl.  
31.

râvit in pecúnia & thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, & perféc-tus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit tránsgressi, & non est transgréssus: fáceré mala, & non fecit: ídeò stabilita sunt bona illius in Dómino, & eleémósynas illius enarrábit omnis Ecclésia sanctórum.

DE E O D E M  
communi alia Epístola.Léctio Epístolæ B. Pauli  
Apóstoli ad Corínthios.I.  
Cor.  
4. b

**F**Ratres, Spectáculum facti sumus mundo & Angelis & homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc

ho-

horam & esurimus, & siti-mus, & nudi sumus, & có-laphis cædimur, & instábi-les sumus, & laborámus operántes mánibus nos-tris: maledicimur & benedicimus: persecutiōnem pátimur, & sutinémus: blasphemámur, & obse-crámus: tamquam purga-ménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scri-bo: sed ut filios meos charíssimos móneo: in Chris-to Jesu Dómino nostro.

ITEM ALIA  
Epístola pro Confes.  
non Pontif.Léctio Epístolæ B. Pauli  
Apóstoli ad Philip-penses.Phil.  
3. b

**F**Ratres, Quæ mihi fuérunt lu-cra, hæc arbitrà-tus sum propter Christum

detríménta. Verúmtamen exístimo ómnia detrimén-tum esse, propter emi-néntem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei: prop-ter quem ómnia detri-méntum feci, & árbitror ut stércora, ut Christum lucrifáciam, & invéniar in illo, non habens meam justítiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide: ad cognoscéndum illum, & vir-tutem resurrectiōnis ejus, & societátēm passiōnum illius, configurátus morti ejus, si quo modo occúrram ad resurrectiōnem, quæ est ex mórtuis: non quòd jam accéperim, aut jam perféctus sim: sequor autem si quo modo comprehéndam, in quo & comprehénsus sum à Christo Jesu.

Ii 2

DE

**DE EODEM COMM.**  
pro Abbátibus.

**Léctio libri Sapiéntiæ.**

**D**ilectus Deo & homínibus, cuius memória in benedictiōne est. Similem illum fecit in glória sanctórum, & magnificávit eum in timore inimicórum, & in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum: & jussit illi coram pópulo suo: & osténdit illi glóriam suam. In fide & lenitáte ipsius sanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum & vocem ipsius, & indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

**IN COMMUNI  
Vírginum.  
PRO VIRGINE  
& Mártyre.**

**Léctio libri Sapiéntiæ.**

**C**onfitébor tibi Dómine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum: confitébor nómini tuo, quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à láqueo linguæ iniquæ, & à lábiis operántium mendácium, & in conspéctu astántium factus es mihi adjútor. Et liberasti me secundum multitudinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus præparatis ad escam, de manib⁹ quæréntium ánimam meam, & de portis tribulatiōnum quæ circumdedérunt mē: à pressúra flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuāta: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege ini-

Eccl.  
51.Eccl.  
51. b

quo,

quo, & à lingua injústa. Laudabit usque ad mortem áнима mea Dóminum, quóniam éruis sustinéntes te, & liberas eos de manib⁹ géntium, Dómine Deus noster.

**ITEM PRO  
Vírgine & Mártyre,  
ália Epístola.**

**Léctio libri Sapiéntiæ.**

**D**omine Deus meus exaltasti super terram habitatiōnem meam, & pro morte defluente deprecāta sum. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiōnis meæ, & in témpore superbórum sine adjutório. Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confesiōne: & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione: & eripuisti

me de témpore iníquo. Proptéreà confitēbor, & laudem dicam tibi Dómine Deus noster.

**IN COMMUNI  
plúriū Virgin. & Mart.  
dicitur Epist. Fratres, De  
Virgínib⁹ præceptum  
Dómini, ut infrā, pag. xx.**

**PRO VIRGINE  
tantū.**

**Léctio Epistolæ Beati  
Pauli Apóstoli ad  
Corínthios.**

**F**ratres, Qui gloriātur, in Dómino glorietur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ; sed & supportáte me. Æmulor enim vos Dei æmulatione: despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibere Christo.

Cor.  
10. dCap.  
11.**ITEM**

**ITEM PRO**  
Vírgine tantùm, ália  
Epístola.

Léctio Epístolæ Beáti  
Pauli Apóstoli ad  
Corinthios.

**F** Ratres, De Virgí-  
nibus præcéptum  
Dómini non há-  
beo, consílium autem do,  
tamquam misericórdiam  
consecútus à Dómino, ut  
sim fidélis. Exístimo ergo  
hoc bonum esse propter  
instántem necessitátēm,  
quóniam bonum est hó-  
mini sic esse. Alligátus es  
uxóri? noli quærere solu-  
tiōnem. Solútus es ab uxó-  
re? noli quærere uxórem.  
Si autem accéperis uxó-  
rem, non peccásti: & si  
núpserit virgo, non pec-  
cávit: tribulatiōnem ta-  
men carnis habébunt hu-  
jusmodi: ego autem vo-  
bis parco. Hoc itaque di-  
co, fratres: Tempus bre-

1.  
Cor.  
7. e

ve est: réliquum est, ut  
& qui habent uxóres,  
tamquam non habéntes  
sint: & qui flent, tam-  
quam non flementes: & qui  
gaudent, tamquam non  
gaudéntes: & qui emunt,  
tamquam non possidén-  
tes: & qui utúntur hoc  
mundo, tamquam non  
utántur: præterit enim  
figūra hujus mundi. Volo  
autem vos sine solicitúdi-  
ne esse. Qui sine uxóre  
est, solícitus est quæ  
Dómini sunt, quómodò  
pláceat Deo: qui autem  
cum uxóre est, solícitus  
est quæ sunt mundi,  
quómodò pláceat uxóri,  
& divísus est. Et múlier  
innúpta & virgo cógitat  
quæ Dómini sunt, ut sit  
sancta córpore & spíritu:  
in Christo Jesu Dómino  
nóstro.

**IN**

**IN COMMUNI**  
non Vírginum.

**PRO UNA MART.**  
non Vírgine.

**Epístola:** Confitébor tibi  
Dómine Rex, ut suprà in  
Missa Virgin. Martyr.  
pag. xviii.

**PRO NEC VIRGINE**  
nec Mártyre.

Léctio libri Sapiéntiæ.

**M** Ulíerem fortē  
quis invéniet?  
procul & de últi-  
mis finibus prétium ejus.  
Confidit in ea cor viri sui,  
& spóliis non indigébit.  
Reddet ei bonum & non  
malum, ómnibus diébus  
vitæ suæ. Quæsívit lanam  
& linum, & operáta est  
consílio mánuum suârum.  
Facta est quasi navis insti-  
tōris, de longè portans  
panem suum. Et de noc-  
te surréxit, dedítque præ-  
dam domésticis suis, & ci-  
bária ancíllis suis. Consi-  
derávit agrum, & emit  
eum: de fructu mánuum  
suârum plantâvit víneam.  
Accínxit fortitúdine lum-  
bos suos, & roborâvit  
bráchium suum. Gustâvit  
& vidiit quia bona est ne-  
gotiatio ejus: non extin-  
guêtur in nocte lucérrna  
ejus. Manum suam misit  
ad fórtia, & dígti ejus  
apprehendérunt fusum.  
Manum suam apéruit  
ínopi, & palmas suas ex-  
téndit ad páuperem. Non  
timébit dómui suæ á fri-  
góribus nivis: omnes enim  
doméstici ejus vestiti sunt  
duplícibus. Stragulâtam  
vestem fecit sibi: byssus  
& púrpura induméntum  
ejus. Nóbilis in portis vir  
ejus, quando séderit cum  
senatóribus terræ. Síndo-  
nem fecit & vénidit, &  
cíngulum trádidit Chana-  
næo. Fortitudo & decor  
induméntum ejus, & ri-

**IN**

dē-

débit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. Considerávit sémitas domus suæ, & panem otiôsa non comédit. Surrexérunt filii ejus, & beatíssimam prædica-vérunt: vir ejus & laudâvit eam. Multæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univér-sas. Fallax grátia, & va-na est pulchritûdo: mûlier timens Dóminum, ip-sa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suârum: & laudent eam in portis ópera ejus.

**ITEM ALIA**

Epístola pro vídua.

Léctio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

1.  
Tim.  
5. **C**haríssime, Víduas honóra quæ verè víduæ sunt. Si qua autem vídua filios

aut nepótes habet, dis-cat primùm domum suam régere, & mütuam vi-cem réddere paréntibus: hoc enim accéptum est coram Deo. Quæ au-tem verè vídua est & desolâta, speret in Deum, & instet obsecratióibus & oratióibus nocte ac die: nam quæ in delíciis est, vivens mórtua est. Et hoc præcipe ut irre-prehensíbiles sint. Si quis autem suòrum & máxi-mè domesticòrum curam non habet, fidem negâvit, & est infidéli detérior. Vídua eligâtur non minus sexaginta annòrum, quæ súerit unius vi-ri uxor, in opéribus bonis testimónium habens, si fílios educâvit, si hospítio recépit, si sanctòrum pedes lavit, si tribulatió-nem patiéntibus subministrâvit, si omne opus bo-num subsecûta est.

IN

**IN ANNIVERSARIO**  
**Dedicationis Ecclé-siæ.**Léctio libri Apocalypsis  
B. Joánnis Apóstoli.Apoc.  
21.

**I**N diébus illis: Vidi sanctam civitátem Jerúsalem novam descendéntem de cœlo à Deo, parâtam sicut spon-sam ornâtam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicéntem: Ec-ce tabernáculum Dei cum homínibus: & habi-tabit cum eis. Et ipsi pô-pulus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit, eôrum Deus: & abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eôrum: & mors ultrà non erit, neque luc-tus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia pri-ma abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

**INFRA OCTAVAM**  
Dedicationis Ecclésiæ, & die Octâva & in ipsa die Dedicationis Ecclésiæ, & die Dedicationis Altâris dicitur Epístola ut suprà in Anniversário Dedica-tionis Ecclésiæ.

**MISSÆ VOTIVÆ.****IN MISSA DE**  
**SS. Trinitate.**

Léctio Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Corín-thios.

Cor.  
13. 9

**F**Ratres, Gaudete, perfécti estôte, ex-hortámini, idem sápite, pacem habête: & Deus pacis, & dilectionis erit vobíscum. Grá-tia Dómini nostri Jesu Christi, & cháritas Dei, & communicatio sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

Kk

IN